spectantibus fatalibus Iuris praescriptione Terrestri bello Convocationesque ac aliis omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo quovis evadendo Hac praesenti Inscriptione ad Iurisdictionem mediante. 027

Litynskich Coniugum mutua Advitalitas

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitaneal Premysliensibus Generosus Marcus Litynski Generosi olim Basilij Litynski filius ab una et Generosa Anna Bolestraszycka Generosi Samuelis de Bolestraszyce Bolestraszycki ex Generosa olim Helizabetha Gorayska procreata filia Consors praefati Generosi Marci Litynski legitima ab altera parte Maritus quidem solus per se Consors vero cum Mariti sui praefati assistentia et Utroque ad infrascripta recognoscenda consensu Sani mentibus et corporibus existentes a Terris dictis suibus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo Praesenti vero Castren Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet Morum seorsim suo pro interesse recognovit Quia ipsi sibi mutuo et invicem una pars alteri Omnia generaliter bonorum suorum haereditariorum et obligatorum mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniariarum nec non Auri argenti clenodiorum vestium vestimentorum pecorum pecudum Equorum Equiream ac totius Supellectilis domesticam in quacunque forma et materia existentium nunc habitorum et in post habendorum mutuam et reciprocam Advitalitatem et usum fructum Dominiorum omnium inscribunt et concedunt ad extrema dumtaxat vitae suae tempora tantummodo et non ultra Talibus de licet modo quod si prius memoratus Generosus Litynski maritus suus quam ipsa Generosam Consortem suam de hac luce decedere contingeret Extunc eadem

Gn̄osa Consors sua bona generaliter omnia hæreditaria et obligatoria mobilia
920 et immobilia summasq quasvis ac res suprascripta omnes morte eiusdem Gn̄osi
mariti sui derelinquendis cum omni Dominio Iure dominio et proprietate
omnibusq et singulis bonorum et rerum præfatarum utilitatibus fructibus et com
modis obuentionibus attinentijs et pertinentijs generaliter universis tenebit habebit
et possidebit illisq quiete et pacifice uti fruetur ad extremam vitæ suæ tem
pora. Post mortem vero eiusdem Gn̄osæ Consortis suæ extunc bona eadem
omnia et res suprascripta ad successores præfati Gn̄osi Litynski mariti sui sine
ulla contradictione successorum eiusdem Consortis suæ cum plenario Iure devol
uentur. Similiter quoq si prius memoratam Gn̄osam Consortem suam quam ipsum
maritum suum mori contigerit extunc idem Gn̄osus Litynski maritus suus bona
generaliter omnia superius expressa et res recensita omnes morte Consortis
suæ derelinquendis cum eorundem usufructu utilitatibusq et attinentijs universis
omnibus tenebit habebit et possidebit illisq quiete et pacifice uti fruetur
ad extremam duntaxat vitæ suæ tempora. Post mortem vero eiusdem Gn̄osi
Litynski mariti ipsius extunc bona eadem omnia suprascripta ad successores
præfatæ Gn̄osæ Litynska Consortis ipsius sine ulla contradictione successorum su
prascripti Gn̄osi Litynski mariti sui cum pleno Iure devoluentur et redibunt
illis vero præsentibus personaliter Recognoscentibus ad inscripta omnia mediante.

Actum in Castro Premisli ensi Feria secunda post Dominicam Rogationum proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Quarto

11/v 1654

Wierzbięta Zakliczyney

cedit